

Hieronymus balbus Carolo guillart senatori erud. tissimo.

Non te latet vir p̄stātissime (qđ em̄ te latere potest:)
 illa hestodi sn̄ia, in munere permurando imitandos
 esse agros fertiles qui plus reddūt q̄ acceperint, id
 tecū agē fuit p̄siliū. Sz tāta ē tuoz in nos b̄nificioz āplitudo:
 vt nō mō ad referēdā v̄m etiā ad p̄memorādā grāz vires non
 sufficiāt. Quid igr̄ agā animi p̄deco: quū et b̄nificia remuēra
 re nequeā. z hoīe ingrato nihil ip̄silius eē videat. Si min⁹ tñ
 opera merita tua cōpensare possum⁹: at certe volūtate pri-
 me accedem⁹. Id audacter credas: licet poetis non sit admo-
 dū credēdū: stipule p̄fecto pōdus graui⁹ est q̄ poetica fides
 Sed velis nolis credere: tibi parauim⁹ munusculū nostrē be-
 niuolentis veluti p̄ign⁹: nō aureū. neq̄ argēteū. Sis totā po-
 eticā supellectilē esse charteā: sz musicis lenocinijs oblitum.
 Id si viaticū p̄soluas: ad te p̄pere deferet. Subrides q̄ via-
 ticū dixerit: et frōtē caperas seueritudine: nihil ē qđ succēse-
 as: ipse viaticū p̄soluā. Obolo tñ vsus ē. Queris dein qđ in
 hoc munusculo p̄tineatur: vis paucis dicā: poetica adulario
 Quid em̄ aliud agim⁹? Adhuc fortasse requires: quid tibi li-
 bello habito sit agēdū. Agas qđ voles: modo eū a rineis ca-
 riez defēdas: et (si p̄ ocū licet) quādoq̄ lectites. Non ē tan-
 ti ridere inquis. Sapis: mihi tñ tāti fuit somni oleioz tactu
 tā facere: dū opus ad vmbilicū p̄ducim⁹. Jā dices (ut fallor)
 vtilius fuit dormire: nō equū cēles. Nā vigilare decet hoīem
 qui vult sua tēpori p̄ficere negocia: nihil ē tñ qđ p̄fco negotio
 sperē. Sz itelligā m̄ta p̄ter sp̄e multis bona euenire. Tuū erit
 intēa nugas n̄as solita cēsura p̄pēdere: z acuta lima expoli-
 re. Sic forte ista messis adhuc sterilis niliaca fertilitate luxu-
 riabit. Siq̄ vō petulātioza animū tuū offēdāt: mēoz eē debe-
 bis iuuētutis n̄re: q̄q̄ exploratū habeā nō etate: sz igenio sa-
 piētā adipisci. Cētū nō meū ē exēplū lasciuire. sic egit Virgi:
 sic Marcial: sic Ausoni⁹: q̄s veluti duces ad poeticas illece-
 bras sū nact⁹. Quid facerē: viā q̄ nescit que venit ad mare. eū
 opozet amnē q̄rere comitē sibi. Sic viuif. oēs malū alienis
 vestigijs iniri q̄ nouas semitas q̄rere: z q̄ suo merito placere
 nō possut. alieno conat. Impitoy licet messē iam metē maxi-
 mā: neq̄ metē excipio. Impitiay nulla ē exceptio. Sz ne tā
 lōgos logos legas: n̄a amicitia videt exposcere: vt vel celo
 tue cēsura adhibito h̄ opusculū expolitū reddas: vel oceani
 auxilio oēs eius maculas abluas. Vale q̄tū voles.

Cicero i primo officio
 de beneficijs in no-
 colatas quomodo p̄-
 tanda sūt. Nescio
 Dns. qđ nā beneficio
 facere debemus. An
 nō imitari agro & fe-
 tiles q̄ multo p̄hib
 afferunt q̄ acceperim

Ad eundem

Nauiſa ſolue ratem. zephyros dabit aura ſecundos
Aura dabit zephyros. nauita ſolue ratem
Ne pete trinacrij rabioſa pericula ponti
Hic vomit epotas ſeu a carybdis aquas.
Jactat et inſtabiles alterno vortice cinbas
Scylla meduſeis conſpicienda comis.
Deſere leucadios: egeos deſere fluctus.
Et tua ab eboicis vela reflecte vadis.
Et maris adiaci tumido conſuſa peloro
Equora: et ionij linque pericla maris
Hec freta perpetuo ventis agitantur iniquis
Sunt querenda tue mitia ſtagna rati.
Nauiſa ſolue ratem: zephyros dabit aura ſecundos
Aura dabit zephyros: nauita ſolue ratem.
Mons ſacer aonio fulget ſublimis in antro
Qui gemino pulſat ſydera celfa iugo.
Fons nitet in medio vitreis argenteus vndis
Sorgoneus celeri quem pede fecit equus.
Hec generoſa noui ſortiti rura poete
Tempora virgineis cincta gerunt folijs
Hic queritur Titus lento conſumptus amore
Triſtia dilecte funera Phyliroes.
Hicq; ſolet faciles recitare Polyrius ignes.
Hec ſunt apta tue mitia ſtagna rati.
Nauiſa ſolue ratem: zephyros dabit aura ſecundos.
Aura dabit zephyros: nauita ſolue ratem
Concinit hic ianus patrium qui primus ad hiſtrum
Duxit laurigeras ex helicone deas.
Tuq; puer faciles cui prebuit igneus alas
Pice referſ longe gaudia nequicie
Qui quoq; ab aonijs ducit cognoſca thebis
Gratus a deſt vultu gratioꝝ ore puer
fontanina comas grato tibi ſpargit amomo
Candidioꝝ pura carbo poeta niue.
Hic canit heroꝝ bellum ſociale cothurno
Ripa meduſei plena furoꝝis equi.
Nauiſa ſolue ratem: zephyros dabit aura ſecundos
Aura dabit zephyros: nauita ſolue ratem.
Eya age rumpe moras. celerem conſcende carinam

Sunt tibi Meonij stagna petenda lacus,
Ipsa tuū comitetur iter galathea: phaselum
Cum nato ducat candida leucothoe.
Uranie stellas: cautes speculetur iolas
Ueliuolos pandat calliopea sinus.
Ambrosias erycina dapes mollesq; corollas
Spargat: olozinis vecta erycina rotis.
Ipse etiam celsa residens in puppe Iyus
Annoso fundet pocula plena mero.
Nauta solue ratem: zephyros dabit aura secūdos:
Expectant cupide cras tua vela dee.

Ad lentulum

Dum te parua ratis: dum te leuis aura ferebat.
Et bonus et placido pectore mitis eras.
Nunc ubi rostrata ueheris super equora pupae:
Turgida ventosus pectora fastus agit
Pendula mens hominū rebusq; elata secundis
fallitur: et vana credulitate tumet.

Ad marianum.

Quid vultu mariane truci: quid fronte seuera
Turges: quid tanto pondere membra quatis?
Subter anhelat humus: vastoq; oppressa laborat
Pondere, quod renuat ferre rogatus athlas.
Sis licet aonie decus immortale cohortis
Teq; colat flexo rota caterua genu,
fastidire tamen noli mariane minores:
Instabilis metuas sed leue sortis iter:

Ad eundem

Esse quod hoc dicā: tibi quod ventosa tumescunt
Pectora: nubiferis exagitata notis:
Nunquid es eolijs nutritus forte sub antris
Imbriferisq; rigent hinc tua membra notis:
folibus an bronthes multo et sudore pyragmon
Inflant tardipedi membra dicata deo:
Turgida ventoso natura ne ventre rigebar:
Cum potuit talem progenuisse virum?

Quicquid id est metuo: vasta dū mole moueris:
Ne tellus tanto pondere pressa ruat:

De toga puelle.

O oculis toga grata meis: mihi gratior auro:
Que domine cingis lactea membra mee.
Uincis erythreis velamina texta lapillis:
Et que purpureo lana colore rubet,
Corpora dilecte tangis formosa puelle:
Corpora scytonia candidiora niue.
Nocte dieq; regis artus sine fine beatos.
Doribus inuideo iam miser ipse tuis:
Quod si medee Circea ve carmina nossent:
Uerterer in talem protinus ipse togam.
Et si forte aliam cuperes assumere vestem.
Dererem membris fixus adusq; tuis.
Nam potius lacerari et duro vulnere frangi
Mallem: q̄ dominam deseruisse meam.
Stulte quid hec optas: quid uoces spargis inanes.
frangitur haud lachrymis dura puella tuis.
Nam sequitur pulchros damnosa superbia vultus.
forma decens fastum semper habet comitem.

Ad carolum bourre.

Sepe mihi dicis dulcissime carole linquas
Balbe pharetrati tela nefanda ducis
Virgineosq; colas cetus castamq; dianam:
Sic iubet etherea qui regit arte domum.
Uera mones. duriq; sint in amore dolores
Noscimus. et rapidas igne micate faces.
Sed tamen aut satis. aut longo impelloz ab usu:
Optima cū videam deteriora sequi.
Ast tu cui flatu spirat fortuna secundo
Nec patitur dure ferre iugum domine.
Te decet eterne preconiā querere laudis
Artibus aonidum: belligera Ue manu.
Ast mihi formosam satis est cecinisse puellam.
Nec studia has artes hec ego bella sequoz.
Ad boſtium.

Qualiter assyrio phenix iuuenescit in igne:
Nutritur medijs vt salamandra focis.
Ut coluber linquit veterem cū pelle senectam,
Nec faciunt ceruos cōmua lacta senes.
Te duce rugosam sic lingua latina senectam
Exiit: et vultu iam melioze nitet.
Bosti laurigerum fautor, ductorq; virozum
Qui placido refoues pectora docta sinu.
Eloquij genitor fuit olim tullius: at nunc
Romanum nutrit bostius eloquium.

Ad guidonem de rupē forti

Quod tibi centenis renouantur rura iuuenis:
Quodq; tuum a prisco stegma refulget auo:
Quod domus attalicis tibi splendeat emula gazis:
Non tu: fortune sed veneranda rota est.
Quod tibi sint mores omni probitate verendi
Quod superes priscum religione Numā.
Non hec fortune: non hec sunt munera fati:
Sed tua sunt, omnis laus tribuenda tibi est.
Nostra animi est virtus, nostra est probitasq; fidesq;
Cetera sub regno sunt dea ceca tuo

Elegia de amore

Quid iuuat assyrio crines perfundere nardo:
Aut quid in attalico concubuisse toro:
Quid ve iuuat ceo tyrio ve nitescere cultu:
Aut quid ozonthea pernituisse toga:
Aduersus si seuit amor, si dura puella
Me negat in molli velle fouere sinu:
Tunc neq; lux grata est, nocturni et temporis hora
Semper cum multo est preuigilanda malo.
Testis ego in triujs gelida requiescere luna
Qui soleo: et dura ponere corpus humo
Sub loue nudus ago glacialis frigoza brume:
Quis gelidas spargit nubilus auster aquas:
Ante fores iaceo, sanctum quoq; limen adoꝝo:
Quod tetigit niueo cara puella pede.
Oscula do foribus tanq̃ sit sensus in illis:

Molliat vt gressus ianua surda meos
Amplector rigidos niueo pro corpore postes.
Et dominā (heu demens) fingo tenere meam.
O vti nam in caro vitam quoq; limine ponam:
Et domine ante fores busta sepulta cubent.
Nostra etenim quisquis transibit funera: dicet:
Qui iacet hic teneri miles amoris erat.
Tu tñ acer amor, nostris iam parce medullis.
Nam sum militie pars ego magna tue.

Ad cinamum.

O mihi dilectos inter numerande sodales/
Cur modo pro vili stat tibi noster amor?
Cum mora det lapsis robur: titubantia firmet.
Heu spacio noster debilitatur amor.
Impia quin ectam caro struis arma sodali:
Tincta lycambeo tela cruore madent.
Caspia te tigris: scopuliq; tūlere sonantes.
Et phrygium duro pectore marmor inest.
Deniq; te rigido dicam ex adamante creatū:
Si poteris balbi non memor esse tui.

Ad candidum.

Cū tua non humili tollam preconia versu.
Dit rogo: cur dicis candide balbe furis?
An ne furit qui te pbebea laude decorat?
Doc tu si reris candide nempe sapis.

Virgili Ad carolum bourre

Nasonis vel culta potes vel docta catulli
Carmina felici concinuisse lyra.
Tu modo sis blandus volitantis miles amoris:
Incipe et in castris era merere suis.
Ingeniū nam solus amor mortalibus affert.
Cult fieri si quis ingeniosus: amet.
Queris cur toto celebretur in orbe tibullus
Causa patet. teneri miles amoris erat.
Primus amor numeros calamo dicere loquaci:
Et docuit certo iungere verba pede.
Si qua tgitur Nemesis tibi si qua corzyna daretur:



Deligno caneres dulcius ore melos.

Ad guidonem

Misisti nobis et poma et carmina vates:

Indelibate pignus amicitie.

Carmina sic animū pascunt: vt poma palatum.

Illa lepoze iuuant: ista sapore placent.

Poma aurū vincūt: vincūt et carmina gēmas.

Aurum da: et gemmas deteriora dabis.

Poma nec alcinous misisset talia nobis.

Carmina nec clarius tam bene culta deus.



Ad ludouicum

Si ludouice tue que sit peto gentis origo:

Quos habeas prisce nobilitatis auos:

Antiqua dicis sum nobilitate creatus.

Temporibus Bruti gens mea prisca fuit.

Dentq; nobilitas mea tempore cepit ab illo

Cynthia cū primū canduit. Archas homo es.

Ad linum.

Dactenus exigua tecum lusisse camena:

Et libuit faciles inseruisse iocos

Ausus es innocuos violento pollice lusus

Scindere: et gonias contemerare deas.

Prohpudo: O nulli toleranda iniuria seculo.

Tu ne audes sacros dilacerare modos:

Non impune ferēs: nanq; angulus omnis habebit.

Et de te meritos compita queq; sonos.

Seua geram tecum sed aperto prelia marte.

Si vir es: arma geras mutua signa canūt.

Ad ludouicum quirinum.

Sis licet vsq; pius: mediocri et sorte beatus:

Non ideo grauitas hec toleranda tua est.

Jam grauis es phebō: grauis es mihi crede lyeo.

Et tua parnassus pondera ferre nequit.

Non honor est: sed onus sacris ludouice camenis.

Cum tua ventoso pectore membra quatis.

Oze chimera truci vir tanta mole mouetur:
Aut inter syculas dux polyphemus oues.
Quid loquor? (heu) demens: solers natura quirinū
Eduxit tanta cum grauitate, bene est:
Ut si fessus athlas celo nutante laboret:
Sustineas humeris astra deosq; tuis.

Ad camillam.

Nulla ne te pieras morientis perfida tangit:
Nulla mouent animum numina lesa tuum:
Cruderis duris multo crudelior vrsis
Durior et ferro durior et lapide.
Seuicia vincis silices adamantina: ferasq;
Ut reor in duro pectore marmor habes.
Non, non humani te progenuere parentes
Sed lupus aut dura rupe leena ferox.
Es genita in siluis nutritaq; lacte ferino.
Et tibi que tribuit vbera: tigris erat.
Crudelis tantos nunq; miserata labores.
Nunc facia nostris pectora seuu malis.
Tot mala nam patior, quot celo sidera fulgent:
Ethera quot volucres, quot vehit amnis aquas.
Si quis erit cunctos misera qui mente dolores
Et genus omne mali noscere poscar: amet.

De fenestra sue puelle

O votis male fida meis inuisa fenestra
Quid domine vultus insidiosa tegis?
Te celeres tinee, vel te cariota vetustas
Rodat: et immundo sis quoq; feda situ.
Te boreas rapido frangat scelerata boatu
Teq; petat densis nubilus auster aquis.
Imprecor hec merito, nā blandas sepe querelas
Sprenisti, et lachrymas surda fenestra meas.
Asperior scopulis, et duris cautibus horres.
Semper et infixo cardine clausa riges.
Tu feritate refers dominā, tibi parco fenestra,
Sensus inest domine, non tibi sensus inest,
De suo amore

Dij superi: venus alma: puer venerande cupido
Aspicite in quantis sit mea vita malis.
Sum miser ad scylle cautes / vastamq; carybdim:
Et penitus totomersus in ionio.
Ipsi iam pisces: ipse mala nostra volucres
Norunt: indomitis vix toleranda feris.
Heu heu q̄ rapido veneris comburoz ahenoz:
Quantus in extremis ossibus ardoz inest:
O vtinam in silicem mutant mea corpora diui:
Et rigeam duris montibus ipse lapis.
In lapides nil iuris habet ferus ignis amoris:
hic certe vires terminat ille suas.
Me miserū silices flagraisse recordoz amore.
Saxea nanq; paphi mater imago fuit.
O vtinam tenues nostrū vanescat in auras
Corpus: vel siam spiritus ipse leuis.
Heu q̄ amare noti bozea didicere magistro:
Et zephyro feruens floze fauilla fuit.
Me (precor) in nihilū tadem pia numina vertant.
Esse nihil malo q̄ grauis esse dotoz:

Ad candidam puellam

Candida candentes inter numeranda columbas
Candida candenti conspicienda coma.
Candida dextra tibi est. frons cādida cādida ceruix.
Candiduleq; manus: candidulq; pedes.
Collum vincit ebur, vincunt chrystalla lacerti.
Candentes vincunt lilia cana gene.
Brachia candenti sunt candidioza pruina.
Oraq; sunt prima candidioza niue.
Candidus est vnguis. sunt candida crura. papille
Candent. et toto corpore candoz inest.
Sed niger est cunnus. pili sunt vndiq; nigri.
Hoc nisi te ledat: candida tota fores.

Ad carolum phernandum

Quid petis o vates nullos moztire per annos:
Carmina que vena pauperioze fluunt.
Quis mel Aristeo: baccho quis vna phalerna

Donet et alcinoe poma beata duci.
fertile pectus habes: dulciq; liquore refertum
Scribis et orphea carmina digna lyra.
Corrige tu tenues censor facunde libellos
Verbaq; iudicio deme vel adde tuo.
Scribimus innocuos sterili de rhetore lusus:
Ludit et vndeno musa tocosa pede.
Nec tibi si placeant: contingã vertice celum,
Pbernando nec erit displicuisse pudor.

Ad episcopũ viennẽsem angelũ Catonem
Mellisera hybleo volucris discedat ab agro.
Et tarthetiacis sol oriatur aquis,
Jam mutent elementa fidem. iãq; are soluto
Luna pruinosis precipitetur equis:
Cum canibus lepozes ludant: cũ tigride dame
Nec timeat rapidos agna nouella lupos.
Deniq; nature frangantur iura potentis.
Si Cato vaniloqui scripta Platonis amat:

Ad Egidium delphum rectorẽ parisiensem
Dicat io clarie quisquis colit antra cohortis:
Dicat io facili docta caterua sono,
Delphus arionie laus intemerata caterue
Rector adest: vati vir, mulierq; faue.
Ore fauete omnes: omnesq; fauentia verba
Dicite Laurigeris et date tura focis.
Somnifera venias ales tegeatice virga.
Adsis intonsa pulcher iacche coma.
Et longos nati tandẽ positura dolores.
Dicat io leto calliopea sono.
Omne genus volucũ gaudet: genus omne ferarũ
Et certant vati munera ferre suo.
Sryphes hyperbozei dat pondera fulua metalli:
Et leo massylas mittere gaudet opes.
Cynama fert vncis ales gangetica plantis,
fert elephas niuet nobile dentis ebur.
Gaudet vterq; polus. rutilantia sidera gaudent,
Deponitq; truces ventus et vnda minas,

Salve o cura deum felicibus edite pennis,
Cumeos superes nestoriosq; oles,
Hec quoq; pyeria semper vox personet aula:
Delphus adest sacri fama decusq; chozi:

Ad quaguinum

Sepe mihi dicis lepidis mi balbe camenti
Scribe matonei funeris exequias.
Et placet et cupio, sed me mala cogit egestas:

Ingenium multis concidit omne malis,
Ebrius est dicit cum doctus Oratius ohe.

At mihi iam sole pene bibuntur aque,
Tum maro potus erat: cecinit cū phyllidis ignes
Immortale merum docte tibulle petis.

Bacchus et ingenium et vires mortalibus affert
Carmina leneo munere culta nitent

Utatibus ille fauet, sunt illi heliconia cure,
Condere qui cupiat carmina culta, bibat.

Quod mihi candenti si pocula plena lyeo
Mittas: peligno dulcius ore canam.

Ad petrum courthardi.

Conquerar an taceam: grauis est iniuria: balbus
Decidit ex animo seu poeta tuo.

fulsit enim pleno totiens vaga cynthia cornu:
Rettulit at nullas littera grata vices.

Naso thomitano licet exul in orbe iaceret:

Scriptis nasoni quisquis amicus erat.

Si non dardanijse domus est mihi fulta colūns:

Nec grauis innumeras archa flagellat opes.

At mule comites et carminis auctor: Apollo:

Atlantidq; nepos Bassareusq; pater.

Non qui dū vultu ridet fortuna secundo:

Qui fauet aduersis rebus: amicus erit.

Ad carolū et iohannē phernandos

Nulla dies adeo est ceca caligine tecta:

Ut non phebeis irradietur equis.

Nil tā precepti vexat fortuna tumultu:

Quod non alterna subleuet illa manu,



forſitan et noſtre variabunt ſtamina vite;
Numina fatales voluere nata vices.
Et qui terrifono nunc vndiq; cingor ab hoſte
Pace fruar: ſi mens non modo vana monet
Interea ſeu perſtet hyems: ſeu ſtagna quieſcant:
Ut facitis: noſtre ducite vela ratis.

Ad guidonem de rupe forti

Muſa triplex. terni grato modulamine vates
Carmina trina canent
Muſica nam triplex. terne discrimina vocis
filaq; trina lyre.
Triplex grāmaticē genus eſt: perſona, figura:
Et gradus et numerus.
Cauſarūq; genus trinū trinusq; character
Eloquiūq; triplex.
Ter tribus eſt cōmiſſa poetica fama camenti
Turbaq; laurigera.
Menſeq; ter trino pleni eſt exactio partus:
Virgoq; mater adeſt.
Cernitur humane triplicata potentia menti
Carcerē corporeo.
Muſa triplex. terni grato modulamine vates
Carmina trina canent.
Sulphure ter luſtrat. ter fundit vina ſacerdos
Ter lauat imbre comas.
Terq; vale canit extremū: ter frigida ſpargit
funera roze leui.
Terq; deos rogitat Numero deus impare gaudet:
Celicolumq; chorus:
Eſt patriarcha triplex: triplex heroica virtus.
Juraq; trina vigeat.
Et tria dardaniſas tardarunt fata ruinas:
Graugenuq; dolos.
Trina elemēta: triplex mūdi latus. omnia trina:
Trinus et ipſe deus.
Muſa triplex. terni grato modulamine vates
Carmina trina canent.
In phyſicis tria prima. triplex cōuerſio lucis.

Uertitur etheree.
Annozum lapsus statuit natura trimestres
Signaq; zodiaci
Syderibus positura triplex. trigonūq; figuras
Linea trina notat.
Tris coit in partes numerus plenus: plato celū
Credidit esse triplex
Tēpora trina. triplex motus. seriesq; medendi:
Et medicina triplex.
Dextraq; ter victi romano milite regis
Discuit antidotum.
Musa triplex. terni grato modulamine vates:
Carmina trina canent.
Leda triplex ouū tulit: et compago chīmere
Dicitur esse triplex.
Ualle sub idea fulgentis premia mali
Tres petiere dee.
Serionē triplici produxit iberia vultur
Armaq; trina dedit.
Tres tulit harpyias phynēia mensa. cyclopes
Tres iouis arma parant.
Osq; gerit diana triplex. agitq; tridenti
Ennosigeus aquas.
Tres sophie partes. triplex achademia. legum
Sunt tria principia.
Musa triplex. terni grato modulamine vates
Carmina trina canent.
Grecia thyrfigero celebrans trieterica baccho:
Sepe triente bibit.
Ternaq; multiplici cōmixta trinocria ludo
Sens coluit calabra.
Ter gemini vigiles obscura nocte. duellum
Ter tuba pulsa canit.
Atq; philippeis compendia tripla trecentis
Uendidit herophile.
Que terquinozū custodia sacra virozum
Sub ditione tenet.
Musa triplex terni grato modulamine vates
Carmina trina canent.

Tertia lux aderat celsi cum rector olympi
Tartara deseruit
Tres ope progeniti retinent tria regna: profūdum
Astraq; cum fluuijs.
Iuppiter ethereos iaculans e nubibus ignes:
Tela trifulca quatit.
Tergemine eumenides: per terciā regna trifauci
Cerbarus ore tonat.
Equore trinacrio pandentes vela carinas
Scylla triformis agit.
Tres quoq; syrenes curat ter maximus hermes
Nuncia lucra polos/
Musa triplex terni grato modulamine vates
Carmina trina cauent.
Angelici trino variantur in agmine cetus
Vertice sydereo.
Discipulisq; tribus diuina archana retexit
Rex hominumq; sator.
Tertia fatales vidit complementia fusos
Secula rex pylus
Sarrula belligere cornū inuisa minerue
Ter tria secla viget.
Cerua fugax viuit ter ternos nestore coruus
Hanc quoq; ter superat
Terq; tribus superest ales gangetica coruis:
Que moziens oritur.
Musa triplex terni grato modulamine vates.
Carmina trina canent
Tergemine ex pho:co nate. tria sphingidos ora
Mons tulit aonius.
Tergemina est hecate: charites tres. ore trifulco
Sibilat anguis hyans.
Vincere docta procos passa est succumbere pontis
Hypodamia tribus.
fatorumq; vices certo tres ordine parce
Staminibus variant.
Rhetorice ternos diuina mente libellos
Scripsit aristoteles.
Sed quid aristotelem memoro: ter mato politus

Ter breue struxit opus:
Musa triplex. terni grato modulamine vates
Carmina trina canent.
Martia roma triplex. capitolia splendida trinis
Sacra fuere deis.
Et sua tergemini seruarunt menia fratres.
Punica bella tria.
Nomina nobilibus tria sunt. tria nomina mensi
Lingua latina dedit.
Romulidumq; triplex ordo coniunctaq; trino
Terna theatra foro.
Tres equitum turme: totidem de more tribunt:
Martigeneq; tribus.
Deniq; roma trium rapto cicerone viroꝝum
Paruit imperio.
Musa triplex: terni grato modulamine vates:
Carmina trina canent.
Ut puto: iam tremulos naso crispante cachinnos
Tollis: et ista refers.
Mi satis vnus erit vates: satis vna superq;
Musa: vel vna chelis.
Pone metum: balbus simul et phernandus vterq;
Vnus et idem homo est.
Vera loquor. lybicus contortis cornibus hamon
Vix magis vera cant.
Nanq; vt tris herilo sub eodem pectore mentes
Prebuit alma parens.
Unica sic nobis trino sub corpore mens est:
Una eademq; fides.

Ad oratorem pannonie
Olim palladie musas aluistis athene:
Larigerosq; tulit grecia clara viros.
Nunc chorus aonius tecum demigrat ad vndas
Danubij: et properat visere pannonias.
Jam phebus cirrham liquit nysamq; lyeus.
Iunctus meonij iam fluit hister aquis.

Ad marianum.

Tunc sacros audes infensa voce poetas
Spernere pierio non bene gratè choro:
Saxa ferasq; truces cātu rhodopeius orpheus
Et potuit stygium perdomuisse canem,
Captus arionis delphum dulcedine vocis
Julesum placido tergoze vexit onus.
Mellifluo tyrios amphyon carmine montes
Transsulit: et lyrica menia struxit ope.
At tu si pergis: vates contemnere: dicam.
Durius es saxis durior atq; feris.

Lector librum alloquitur.

Paruulo quid gallas pperas liber ire per vrbes:
Lutior in balbi sedibus esse potes:
Vera mones lector, sed crebras ille lituras
Dū times: in populo querit habere locum.
Hoc tineas pasces: fuero parte vallis illa.
Quod natura parit, num rubor est alere?
Fudisti sumptus, quadrantes fudimus octo.
Nos compensabunt balnea rara mihi.
Deniq; siue legar: seu non reprehendar: vtrūvis
Da, vtrūvis nostro grandius est merito,

Eplicunt epigrammata balbi.